Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36559
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Ergo optimates & illustrissimi qui eo tempore rectores uidebantur
palatii glosi regis childerici fama beati uiri innotuerunt regi.
& actuum eius testimonia non silentes. dignum eum sacerdotio pro
uite testati sunt merito. Habuit itaque effectum peticio eorum. & 14
celeriter optinuerunt quod deuote poterunt. Tunc omnis plebs accep
to consilio de spiritu sancto. regis & iam consentiente impio. traiectensi
ecclesie cum subrogarunt pro eo. At ille sumpto episcopatu timore diui
no repletus augebatur in omne opus bonum. Porro rex cum bonita
tem & prudentiam eius percontaretur. diligebat illum super omnes ponti
fices & optimates suos. Erat autem lantpertus episcopus statura procerus
facie decora. cesarie formosa. inclitis oculis. manibus hones
tis. digitis longis. carne candida. a planta pedis usque aduer
ticem irreprehensibilis. Erat & iam in consilio prouidus. & omnem sapi
entiam cum cura & moderatione gerebat. unde & apud regem
summum tenebat locum. Igitur cum interfectus fuisset ab impiis glo
sissimus rex childericus. inuidus omnium bonorum. diabolus festi
nus insurrexit contra beatum uirum aduersariis seuissimis. ini
qua & falsa consilia machinantibus. ut eum de sede pontificali eicerent.
Preualuerat enim iniquitas eorum. & deposuerunt eum de sede sine causa.
& priuatus est honore suo sine absque culpa. & post hec pharamun
dum in cathedra suam constituerunt. Eiectus autem dei lantpertus pon
tifex perrexit ad monasterium quod uocatur stabolaus. nec amplius
in obsequio eius remanserunt quam duo pueri. quorum unus theodi
nus nomine multa nobis de uita & uirtutibus ipsius narrare con
sueuerat. qualiter per annos septem ibidem uitam sanctam & angelicam
conuersationem duxerit deuotione intentissima. in laboribus
in ieiuniis. in uigiliis. in orationibus. in karitate. & in omni
custodia sui. sanctorum exempla secutus. Pater autem monasterii
diligebat eum. & omnis congregatio cum omni bonitate uenerabatur.